157 262

Gesundheit, welche der Pastor zu Dankersen dem G. J. und L. R. Göring zugebracht hat.

Visito visitas – Et blift, as et was.
Visitas visito – Et blift so.
Visito visitas – Drink uth dat Glas!

Visito visitat, inquit Pastor Dankerianus,
Immota et restant omnia sicut erant.
Visito visitat, interea bona pocla biba-
mus;
Visito visitat, Heus! Tu bibe
Tuque vale!

W. Pollmann fs.

Potus delicatiores.

Eſt cereviſia fortior et cognomine graeco
Curmi, Britannis Ale vocata ſuis.
Hanc laudant; aſt qui potare meracius optant,
Laudant potum quem Punch nominare ſolent.
Dulcior aſt bibitur mihi ſemper Epiſcopus iſte
Ex vino rubro, ſaccharo et aureolis.
Aſt mulier quae dulcia amat, quae calida quaerit,
Optat Thé Peking et Cava buhn Arabum,

Quemque parat potum nux Mexica dicta Cacao
Mixtum vanilla, ſaccharo, aromatibus.

J. D. W. Pollmann

159 264

Joannes Daniel Wernerus Pollmann,
Henrico B..., amico ſuo,
εὖ πράττειν
Calendis Januarii, MDCCCXV.

Omnia quae pro me feciſti vota reporto,
Quaeque Tibi ex uſu ſint, precor illa Tibi.
Numinis inprimis Te ducat provida cura,
Ut Tu ſis felix, et Tua fata bona.

Tandem fata reſolvent nunc quae
obſcura videntur
Illuſtrat finem ſaepeque ſplendida
lux.

Ad
Joannem Ludovicum T. K…, amicum ſui
amantiſſimum.

Lecta relectaque juſſus haec Tibi ſcripta remitto,
Credas! multa eadem gratia conſequitur.
Judiciumque meum, ſi quaeras, hoc Tibi dicam,
Sit leve quod tractent; magna ſonant homines.
Hic noſter quanto ore et niſu quanto et hiatu
Edocet ecce! homines cognita quae fuerant.

Divas! protulit ille nova et methodo meliori

Dogmata qua fiant certaque lucifera?

Heu quantum glaucoma ferunt jam tempora nostra,

Quantas ampullas! Interea valeas! —

Dab. Lubbecae, A. C. MDCCCI.

Joan. Dan. Wernerus

Pollmann

266

Friderico Carolo D...,
lectiſſimo amico ſuo,
χαίρειν
Joan. Dan. Wern. Pollmann.
Cal. Januar. MDCCCII.

Proſpera ſit Tibi lux quae nunc annum renovavit
Speſque Tuas juſtas impleat illa Tibi!
Patronumque meis verbis ſalvere jubebis,
Proque ſalute ejus candida vota cano.
Virginis et nomen generoſae nolo tacere,
Floreat! eſto viri moxque boni mulier.
Diſcipulique Tui cum fratre abſente vigento
Imprimis magnum qui dederat leporem.

266v

Plura vetant perſcribere nunc Tibi tem-
pora noſtra,
Addo igitur ſolitum Vale! valeto
diu! —